Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Deus qui nobis ī sacra mento mirabili passionis tue memoriā reliquisti tribue qs. ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari. ut redemptionis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui tc. Lectio Ego enim accepi. Ire in cena dñi mepla. Conuenientib⁹. et finit. nō dinūtiantes. Gradꝰ. Omnes oculi in te sperant dñe et tu das illis escam in tempore opportuno. ℣ Aperis tu manū tuā et imples omne aīal benedictione. Alla. ℣ Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus qui manducat meā carnē et bibit meū sanguinē in me manet et ego in eo. Seqū.

Laudā syon saluatorē laudā ducē et pastorē in hymnis et canticis. Quantū potes tantū gaude quia maior omni laude nec laudare sufficis. Laudis thema spiritalis panis viuus et vitalis hodie ꝓponit. Quē in sacra mensa cene turbe fratrū duodecim datū nō ambiguitur. Sit laus plena sit sonora sit iucunda sit decora mentis iubilatio. Dies enim sollemnis agitur in qua mēsē prima recolit huius institutio. In hac mensa nouī regis nouū pascha nouē legis phase vetus terminat. Vetustatē nouitas umbrā fugat veritas noctē lux illuminat. Quod ī cena xp̄s gessit faciendū hoc exp̄sit in sui memoriā. Docti sacris institutis panē in carnē salutis cōsecrant hostiā. Hoc quod dat xp̄ianis qd̄ in carnē fit panis et vinū in sanguinē. Quod nō capis qd̄ nō vides animosa firmat fides ꝓter rei ordinē. Sub diuersis speciebus signis tm̄ et nō rebus latet res ea tanē. Caro cibus sanguis potus manet tm̄ xp̄s totus sub utraq; specie. A sumente nō conscissus nō cōfractus nō diuisus integer accipit. Sumit vnus sumit mille quantū ille tm̄ ille nec sumptus consumitur. Sumūt boni sumūt mali sorte tamen inequali vite ul̄ interitus. Mors est malis vita bonis vide paris sumptionis quē sit dispar exitus. Fracto demū sacramēto ne timeas sed memento tantū esse sub fragmento quantū toto tegitur. Nulla rei fit scissura signi tm̄ fit fractura qua nec status nec statā signati minuit. Ecce panis angelorū factus cibus viatorū vere panis filiorū nō mittendꝰ canibꝰ. In figuris ꝓsignatꝰ cū ysaac ꝓmolatur agnus pascha deputatur datū manna patribus. Bone pastor panis vere iesu nostri miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre in terra viuentium. Tu qui cuncta scis et vales qui nos pascis hic mortales tu nos ibi cōmensales cohereres et sodales fac sanctorū ciuium.